

6
POETAE INTENTIO, ET QUID
 frugis afferant Heroidum Epistolæ
 nec non cui parti philosophiæ
 debeant supponi.

Pvblus Ovidius Naso Sulmonensis, ingenij ubertate,
 & uerborum copia, teste Fabio, Latinos poetas longe
 præcellens, hoc in artificiosissimo opere cum quodam diui-
 no ingenij sui calore piæ & fidelis uxoris officium, ni fal-
 lor, ostendere intendi, narrando diuersos amoris affectus, ut
 illas, quæ castæ, & quæ impudice suos maritos amant, aper-
 te noscamus. in alijs enim casti amoris pietatem extollit: in
 alijs uerò libidinis, atq; incontinentissimos amoris æstus su-
 binde taxat. itaq; ut duas pro reliquis accipiamus, Pene-
 lope castitatem ad imitationem, Phædra uerò incestum amo-
 rem ad detestationem proponit. Propterea opus istud non
 immerito morali philosophiæ (quæ Græci Ethicem uocat)
 supponi debet quandoquidem, & mores hominum, & uitia
 docet, non enim aliud nobis ille amantium querimoniæ, la-
 mentationes, ultimæque desperationes clamitant, quam ut
 suis exemplis cautiore effecti, uetiros indicentesque amo-
 res deuitemus, & profecto quamuis Ouidius in nullis alijs
 uoluminibus amoris effectus ardētius expresserit, quam in
 epistolis: nulla tamen lubricitas nullaque lasciuia (si modò
 æquum fortiantur. interpretem) inuenitur. contextus au-
 tem humilis, atque facilis, ut pote elegiacò carmini peculia-
 ris, nec propterea minus florentissimus. nemo est enim us-
 que adeò languidus, usq; adeò ieiunus, qui non aliquid de-
 liciarum. atque arbutiarum illinc hauriat. nulles insuper
 tam frigidis præcordijs, cui non se offerant secunda ad exco-
 gitandum adminicula, denique nõ existimo aliquem tam
 ceruicosum, tanque durum, qui, minima epistolarum præ-
 lecta. non statim concipiat similis conscribendæ copiosis-
 simam farraginem, quod plane percipiet, qui Heroidas
 uigilanti studio coluerit.

IOAN.

7
IOANNIS BAPTISTAE EGNATII
 VENETI IN HEROIDAS OUIDII,
 Sappho, & Ibin, Observationes.

EX PENELOPE.



Sue quis Antilochum, ex Politiani Miscel-
 laneis hoc expedito.

Hic lacer admissos. quis non uidet, ad-
 missos equos, Hectoris laceri legendum,
 cum uox ea, admissos, celerem Ouidio,
 ualerio, & reliquis significet, magno eorum errore qui ad-
 missos legunt. Ouid. certè ipse in fastis, Et celer admissis la-
 bitur annus equis, & item, Hanc quondam Cytherea diem
 properantius ire iussit, & admissos præcipit auit equos. &
 in Phyllide, Et sacer admissus exigit Hebrus aquas. quin &
 Valerius de Fulvio, Admissos, inquit, equo, Theanum conten-
 dit. quæ uox inde uidetur esse ducta, quod adiunctis equis ce-
 lerius iter conficimus.

Retulit & ferro Rhœsumq; Dolonq; cæfos.
 mirum est, cum adeo pateant Heroides Ouidianæ, hactenus
 syllabam claudicantem in hoc uersus non animaduersam,
 cum Dolon ubique primam corripit. ut,

Ausum eadem quæ nos Phrygia de gente Dolona.
 quare addenda fuit dictio, q; Hom. u.

ἐν δὲ τῆς ἐν Τροίᾳσι δόλων ἀμύηδος υἱός.

Quid tibi Pisandrum, Polybumq; Medontaq; dirum.
 & hic etiam addenda culpa fuit, cum Medon & ipse corri-
 piat primam.

A 4 Bx